



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post  
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás**

**[Nürnberg], [1537]**

**VD16 D 1300**

Censvra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34195**

Sacrificuli & Monachi duo habent promptuaria, coelum & infernum, litant coelitibus unde non minimum lucrum referunt. Nam quicquid patrimoniorum usquam habent, sub nomine sanctorum habent, quos suis Missis & precibus pro aduocatis habent. Litant in purgatorio existentibus, unde adeps & pinguedo aqualiculorum emerfit.

PROPOSITIO LI.

**S**ancti uiui saluantur, impij uiui damnantur.

CENSURA.

**Q**uantum ad causam attinet.

CONDEM. CENSURAE.

**R**egnum fidei & regnum gloriae nihil differunt in re, nam sancti adhuc uiuentes haeredes sunt omnium bonorum spiritus. Nostrum enim politeuma in caelis est. Si filij & haeredes &c. Nunc filij Dei nominamur & sumus &c. Sed tantum in modo rei, quia nos in speculo, in enigmate, primitias tantum spiritus habentes, illi facie ad faciem, cum moriuntur salus illis reuelatur. Non sunt condignae passionis ad futurae gloriae, quae reuelabitur in nobis. Sic impij uiui damnantur. Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Qui non credit condemnabitur. Antequam ueniant dies eius peribit, Hiob 15. Sed haec est perfrecta siue Monachica frons, quae & Christum & Apostolos audet falsitatis suggillare, *Joan. 3. Hiob. 15.*

PROPOSITIO LII.

**N**ihil de purgatorio habet scriptura.

q 3

Censura